Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mique mihi miserecimini si
me. et synagoga poten
cium quesierunt aiam
meam. et non proposuerunt
te in conspectu suo. Sed
Et tu domine deus mi
sericors et misericors pa
ciens et multe misericor
die. Respice in me et mi
serere mei. da pacem tu
puero tuo. et saluum fac
filium ancille tue. Fac
mecum signum in bo
num ut videant qui me od
erunt. et confundantur. quia
tu domine adiuuisti me et
consolatus es me. Be
nedixisti domine terram
tuam. Fundamenta. ps.
Fundamenta eius
in montibus sanctis di
lexit dominus portas syon super
omnia tabernacula ia
cob. Gloriosa dicta sunt de te
ciuitas dei. Memor e
to raab et babylonis sci
entibus me. Ecce alie
nigene et tyrus et popul
us ethiopum. hi fuerunt illic.
Numquid syon dicet ho
mo natus est in ea ipse fun
dauit eam altissimus.
Dominus narrabit in scriptu
ris populorum et principum
horum qui fuerunt in ea.
Sicut letantium omnium
habitatio est in te. ps.
Domine deus sa
lutis mee. in die
clamaui et nocte coram
te. Intret in conspectu tu
o oratio mea. inclina aurem
tuam ad precem
meam. Quia repleta
est malis anima mea.
et uita mea inferno ad
propinquauit. Estimatus
sum cum descendentibus
in lacum. factus sum sicut
homo sine adiutorio inter
mortuos liber. Sicut
uulnerati dormientes in
sepulchris. quorum non es
memor amplius. et ipsi